Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35425
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

euntes ad bellum sunt debellati Num.
13 Quia mandatum Josue transgressus
est achior ideo fuit a populo lapidatus
Et Josue et populus ex illa inobedien-
cia in bello fuerunt superatus Josue
7 Saul quia contra preceptum Samuelis
sacrificium obtulit et Agag regi cum
pinguioribus contra preceptum domini parcere
voluit fuit a domino reprobatus 1 Reg.
15. 16. Dixit dominus Salomoni quod
si non custodiret mandata dei deleret
de terre superficie thronum eius 2
Paral. ultimo Vir contra preceptum domini
cum propheta manducans a leone occi-
sus interfectus 3 Reg. 12 Similiter per-
cussus est a leone ille qui percutere
noluit unum de filiis prophetarum Ubi
ostenditur quod obediencia datur in dubi-
eta in hiis que videntur sine ra-
cione mandari 1 Reg. 2 Jonas
quia refugiebat domino obedire
precipienti ut verbum dei predicaret in
mare fuit domino disponente sub-
mersus Jone 3 Cam 90m

Operantem respicit deus
si perfectus sit in operacione
Si sit rectus intencione Si electus
in execucione Operantem diligit
deus primo si sit bonus et deo
gratus nam si persona non accepta fu-
erit servicium non acceptatur sic
eis polius homo faciendo iuste
ostendit iustus in gratuitis tamen qui
non facit iusta est iustus sed iusta
facit quia iustus est secundum Crisostomum
Ita quia videt oculus acute vi-
dit quia acutus est prius enim deus
respicit operantem si est bonus quam
acceptat vel recipiat eius opus
Cayn namque malus et abel bonus
munera ambo obtulerunt sed deus
respexit ad abel et ad eius mu-
nera Ad Cayn autem et ad eius
munera non respexit Gen. 4
Mirabilia fecerunt in egypto
Moyses et aaron similiter et ma-
lefici pharaonis sed priorum non
ulteriorum miracula deo placuerunt
Exo. 7 Bethsamite viderunt
archam et sacrificium domino ob-
tulerunt et tamen percussit eos dominus
grandi plaga quia pociores eorum archam
domini videre non debebat 1 Reg. 6
Reprobat dominus sacrificium quod iusse-
rat fieri et hoc propter offerencium pra-
vitate Ysa. 1 Operantem accep-
tat deus ex intencione quam habet
in operando magis quam in opere sic-
ut enim opus inordinabile posset
ex prava intencione ut daret ele-
mosinam ieiunare et orare propter
favorem vel questum malum Item
ex quo bene fieri posset ex bona
intencione ut homines ex iusticia ex-
igente occidere oportet operantem
et opus esse ordinatum recta inten-
cione Nam secundum Ambrosium Affe-
ctio tua operi tuo nomen imponit Ra-
cio promissio a domino Abrahe de filio
nascituro de Zara risit Abraham
et risit Zara sed risus Abrahe non
fuit a domino reprehensus quia risit
ex leticia promissionis Sed ri-
sus Zare fuit a domino reprehensus